

5.) induit se humilitatem (Col. III. 12.) semetipsum abnegavit (Mat. XVI. 24.) et in doloribus tolerandis invicta patientia et studio præstabat.

Ferventibus precibus igitur vobiscum conspirabimus ut Sanctæ Sedis veniam brevi obtineamus Illum palam invocandi ; et, ut primum diocesana auctoritas preliminarium confecerit processum, actuose supplici libello ad Sanctissimum dirigendum nomina nostra subscribemus, ut dignetur Leo XIII causæ beatificationis Illustris Dei servi Francisci de Laval introducendæ annuere, et hoc modo Pastoribus et Fidelibus Canadæ potentem patronum asseverare.

In SS. Jesu et Mariæ cordibus remanemus,

Clarissimi Domini,

humillimi et devotissimi servi

✠ E.-A., Archpus Quebecen.

✠ L.-F., Epus Trifluvianus.

✠ JOANNES, Epus Sti Germani *de Rimouski.*

✠ EDUARDUS-CAR., Epus Marianopolitanus.

✠ ANTONIUS, Epus Sherbrookensis.

✠ J.-THOMAS, Epus Ottawiensis.

✠ L.-Z., Epus Sti Hyacinthi.